



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Blasphemia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

beneficium Bullis nondum confectis. facit *c. institutionis, 25. quest. 2.* Dubium adhuc est, aliquis sola supplicatione expedita à summo Pontif. caput possessionem beneficii bona fide, idque per multos annos possedit, quid dicendum? Respondetur prout dixi ad quartum, & dicam *in ver. intrusus.* facit quod dicit Caputaqu. *decis. 144. p. 1.* ubi ait beneficium commendatum mortuo Commendatario vacare, ut prius.

Ad septimum. Non potest dari certa regula, quia secundum varietatem curiarum, varia est padecta, seu taxa. verum est, quod minus solvi debet pro Bullis beneficiorum curatorum, quam pro Canonicatibus, & minus pro istis, quam pro simplicibus, & minus pro collativis, quam patronatibus, quia ubi majus pondus, ibi minor solutio expensarum; & ratio est, quia qui gravatur in uno, relevari debet in alio. Sed Rebuff. *in tit. quomodo beneficium acquiratur. n. 13.* dicit, non debet accipi nisi unum auream pro collatione beneficii. Pius V. *Bulla 116. qua incipit, Durum,* revocat omnia privilegia, & consuetudines Ecclesiarum aliquid recipiendi in collatione, provisione, & admissione in possessionem beneficiorum, facit Conc. Trid. *sess. 24. c. 14. de refor. & Navar. cap. 23. num. 101. in fine, & cons. 1. & 2. de simon.* vide Navar. *cons. 2. de simonia,* ubi concludit, nihil posse accipi ab Episcopo vel ejus secretario pro institutione, vel collatione beneficii, nec valere consuetudinem in contrarium, *c. ex multis, 1. q. 3.* & alia ibi citata.

Ad Octavum. Respondetur, requiri

multa. Primum series collationis, prout Rebuff. *de possess. cap.* Secundum à tergo Bullarum instrumentum possessionis. Tertium fidei possessionis emissio. Quartum publicationum factarum narratio, seu brevis assertio, si beneficium fuit resignatum, vel permutatum juxta dispositionem Bullæ Greg. XII. de qua agitur *inferius, in ver. renunciatio seu resignatio;* & ad omnia sint cauti beneficiati, quia secus non facerent fructus suos, & commissarii Apostolici irremissibiliter ad hoc procedunt, & vidi in practica.

BLASPHEMIA.

Primo, quomodo puniatur in regno, & per Judices sæculares seu laicos, vide Gram. *deci. 50. per totum,* & Maran. *6. par. tit. 9. num. 54. & infra,* & Boss. *in tit. de inquis. num. 123. & infra.* ubi habes, posse hoc delictum ab utroque Judice puniri.

Secundo, quando sapiat hæresim, vel sit hæreticalis, vide *in ver. casus, in quibus, &c.*

Tertio, quomodo punienda de jure canonico, vide *capitulum secundum de maled.*

Quarto, pœnæ clericorum & blasphemantium videantur in Diaz *pract. crim. Can. c. 103.* & Sylvest. *in ver. blasphem. n. 7. §. 6.* vide Aff. *etum in constit. Inconsultem, num. 48.*

Quinto, de pœnis blasphemantium Deum Patrem & Filium, vel Spiritum sanctum, aut beatam Virginem, sive alios Sanctos, & de pœnis non revelantium, vide

vide Bullam Julii III. 43. *quæ incipit: In multis Leonis X. Bullam 11. & Pii V. Bullam 5.*

## CAPTIVI.

**C**aptivorum bona possunt vendi pro ipsorum redemptione, quamvis filii in continenti contradicant. Vinc. de Franc. dec. 190. *per totam.*

## CARDINALES.

**P**rimò. Quibus conditionibus, quot Episcopi, quot Sacerdotes, quot Diaconi, & qua ætate, & tempore sint creandi, vide Bullam Sixti V. & Concil. Trid. sess. 24. c. 1. *de refor. versi. ea verò.*

Secundò, Cardinalibus credendum est, & statur eorum dictis, Gram. decif. 65. *facit cap. Nobilissimus, 67. distin. & Bald. in marg. Innoc. in versi. credulitas, ex Innocent. in cap. olim, de privileg. & in c. ex rescripto, de locatio, & gl. in d. c. in verbo, literarum, sed primò limita cum Panormit. in cap. sicut vobis, num. 5. de sentent. excom. Decisio. Caputaqu. 93. rament Cap. Tolos. distinguit, quando esset in præjudicium alterius, non esse eis simpliciter credendum, & exemplificat in Cardinali pœnitentiario, *quæst. 463.* sed Navar. *confi. 9. de officio leg. dicit debere credi Cardinali dicenti, tibi vivæ vocis oraculo à Papa mandatum fuisse etiam deponenti in præjudicium meum. vide conf. 6. de testam. num. 8. Quòd Cardinali credatur, vide Gemin. in cap. ut circa, §. edicto, versi. ex isto infertur, de elect. lib. 6. limita secundò, cum Gemin. in c. 1.**

*versi. item est aliud, quando veller uti reservatis Papæ, quia tunc deberet probare concessionem, cap. quod translationem, eod. tit.*

Tertiò, quid sit Cardinalis, unde dicatur, qualis debeat esse, quot sunt genera Cardinalium, quot sunt numero, ad quid sint, & de eorum titulis, vide Alvar. *in c. per Episcopum, Abbatem, vel Abbatissam, col. 6. cum sequentib. Abb. in repet. §. qui vero. extirpanda, nu. 8. de præb.*

Quartò, Cardinalium domos invadentium pœnas, vide per Bullam Leon. X. *quæ est la 18.*

Quintò, Cardinales non possunt deponi sine Concilio generali. Joan. Andr. *in c. super eo, de heret. lib. 6. & Cardin. ibid. quòd collegium Cardinalium est in quasi possessione ut Papa non possit explicare ardua sine Concilio Cardinalium: potest quidem, sed non debet, & quòd tractata sine eorum consensu, & consilio, non valent, sed sunt retractanda, Panor. Fel. & alii, in c. proposuit, de concess. præb. n. 18. gl. in Clem. Ad nostrum, de heret. & in cap. ad Apostolica, lib. 6. dicit quòd non, cum sit caput totius Ecclesiæ ministrantis, & cum gl. ego censeo.*

Sextò, si indulta Cardinalium, circa beneficiorum collationes, vide in Julio III. Bull. 37. *quæ incipit, Sanctissimus, & Clem. VII. Bull. 38. quæ incipit, Sanctissimus; revocationem verò & declarationem istorum indultorum, vide in Pio V. Bull. 93. quæ incipit, Felicis.*

Septimò, Cardinales non Episcopi conferunt minores ordines, Abb. *in c. Clerici, n. 6. de vin. & honest. cler. Sed ut sint saltem Sacerdotes, prout ibi, & in*

L

suis